



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus,
quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem
promovendam sunt usi ; Malorvm Qvoqve Sacerdotvm infelici interitu,
radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro
commodiori Sacramentorum & ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1681

Reverendissimo, Prænobili, Et Amplissimo Domino Domino Joanni Gözfrid
SS. Theologiæ Doctori, Reverendissimi, Et Serenissimi Principis Et Episcopi
Ratisbonensis in Spiritualibus Vicario Generali, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

REVERENDISSIMO,
PRÆNOBILI, ET AMPLISSIMO

DOMINO DOMINO

JOANNI
GÖZFRID

SS. Theologiæ Doctori,

REVERENDISSIMI, ET SERE-
NISSIMI PRINCIPIS ET EPISCOPI
RATISBONENSIS IN SPIRITUALIBUS

VICARIO GENERALI,
OFFICIALI ET CONSILIARIO,

Nec non

Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis
CANONICO,
DOMINO MEO GRATIOSO.

Vereri equidem non imme-
ritò debebam, ne in autho-
ritatem & dignitatem Reve-
rendissimæ ac Grat. Dom.
Veltræ graviter peccarem, dum tenuis-
simum hoc opusculum illustri eiusdem
Nomini inscribere & dedicare præsu-

(2

mo;

E P I S T O L A

mo; sed facile veniam audaciæ tantæ ob-
tenturum me confido, si triplici titulo,
velut triplici funiculo, qui difficulter
rumpitur, me ad hunc Libellum ipsi po-
tiùs, quam alteri dedicandum, contri-
ctum fuisse intellexerit. Cùm enim pri-
mò præcipuus Instructioni huic in lu-
cem datæ Scopus mihi fuerit præfixus,
ut Sacerdotibus sinceram, ac statu, vo-
cationeque suâ altissimâ dignam æsti-
mationem ingenerarem, simulque va-
rias industrias, quibus & suam, & alio-
rum salutem ac perfectionem maiori-
dexteritate ac fructu procurare possent,
suggererem, meritò non parùm ad hunc
Scopum certius obtainendum conduce-
re videbatur, si non mortuorum dun-
taxat pulcherrima exempla, sed recen-
tiora etiam adhuc viventium facta eis-
dem ob oculos ponerem; nec sanè diu-
talia mihi quærenda fuerunt, cùm in
Reverendissima & Grat. Dom. Vesta

abun-



DEDICATORIA.

abunde illa invenerim , ut quæ tum
propter eximiam Theologicorum ,
Canonicorūmque dogmatum noti-
tiam; tum propter singularem vitæ in-
culpatæ , morūmque innocentiam ac
gravitatem ; nec non copiosissimum ,
solidarum , selectarūmque virtutum
apparatum usque adeò fulgere cœpit
in domo D E I , ut meritò ex modio
privatæ vitæ extrahendam , & super
Candelabrum Vicariatū Generalis po-
nendam censuerint Superiores , ut ver-
bo & exemplo præluceret omnibus ,
qui in Diœcesi sunt. Quòd si & i-
psam in Pastoris munere per multos
annos obeundo indefessam sedulita-
tem ac vigilantiam : in dirigendis ani-
mabus singularem dexteritatem & Ze-
lum : in Sacerdotibus gubernandis exi-
mium fervorem , & prudentiam : in
laboribus denique tolerandis , difficul-
tatib[us]que superandis invictam con-

) (3 stan-

EPISTOLA

stantiam perpendere voluero, an non
jure æquissimo iterum Reverendissi-
mam & Grat. Dom. Vestram Sacer-
dotibus omnibus in vivum & genui-
num veri Pastoris Exemplum propo-
nere, illaque DEI ad Moysen olim di-
cta verba: *Aspice, et fac secundum
exemplar, quod tibi propositum est:*
usurpare potero?

Jam verò si affectum, quo Reveren-
dissima & Grat. Dom. Vestra & me, &
Socios meos, constanter hactenus pro-
secuta est, considerem: si favorum &
beneficiorum, quos nobis liberalissi-
mè exhibuit, multitudinem & magni-
tudinem perpendam: an non æquissi-
mum iterum videri poterat, ut, quo-
niā totum obligationis contractæ de-
bitum persolvere non possum, exigui-
um saltem mutui affectus testimonium,
gratāmque beneficiorum acceptorum
memo-

DEDICATORIA.

memoriam, velut tenuem censum offerrem.

Si denique per hunc libellum ipsum meum desiderium, quo Instructionem hanc à Sacerdotibus, in quorum præcipue utilitatem ea à me, perinde, ac præcedentes octo, composita est, sedulò cœvolvi, ac ipsa praxi confirmari desidero, impleri cupiam, an non tertia mihi causa offerri meritò censemetur, ut libellum hunc Reverendiss. & Grat. Dom. Vestræ patrocinio totum committam, ut per Eandem aliis etiam subjectis Sacerdotibus commendetur, atque adeò optatus à me, & aliis fructus subsequatur.

Accipiat ergo Reverendiss. ac Grat. Dom. Vestræ opusculum hoc eo animo ac benevolentia, quâ aliorum suorum Clientum obsequia admittere consuit, & ut id ipsum subjectis Sacerdotibus ad finem præfixum obtinendum

X 4 inno-

EPIST. DEDICATORIA.

innotescat, cooperatione sua, autoritatēque efficere dignetur. Inter ea, ut
DEUS ter Opt. Max. Eandem inter tot labores ac conatus diu salvam, incolumentque servare, atque per ipsius Ze-
lum & operam, divinæ suæ gloriæ, Ec-
clesiæ, & Diœcesis Ratisbonensis com-
modum & augmentum copiose pro-
movere velit, ex animo voveo, pre-
cōrque. Monachij vigesimo Septem-
bris. Anno post Christum natum
M. DC. LXXXI.

Reverendissima ac Gratiōsa

Dominationis Vestræ

Infirmus & addic̄tissimus Servus

TOBIAS LOHNER
Soc. Jesu.